

non possunt beneficium divisionis oppo-  
nere, si verò non insolvidum, sed simpli-  
citer se obligarunt, & omnes sunt sol-  
vendo, non potest creditor petere à quo-  
libet, nisi partem ipsi correspondentem,  
& si unus non sit solvendo, alij tenentur  
etiam pro illius parte, & in hoc casu apud  
nos non est necessaria Epistola D. Adriani.  
L. 8. tit. 12. p. 5. & ibid. Greg. Lopez,  
V. Toda la debda. Et V. Cada uno.

208 Si nullo ex his remedijs usus est  
fidejussor habet beneficium *cedendarum*  
*actionum*, vi cuius non solum excipere  
contra creditorem potentem debitum, sed  
ad ipso creditore potest petere, ut ipsi  
cedat actiones, quas habet adversus de-  
bitorem principalem, & alios fidejussores,  
& possessores pignorum. §. 6. *Inst. b. t.*  
l. 15. l. 17. ff. eod. l. 11. l. 21. C. eod. l. 11.  
tit. 12. p. 5. Si aliquis ex fidejussoribus so-  
lidum solvit, & ipsi actiones non sunt cessæ  
à creditore nullam habet actionem adver-  
sus confidejussores. L. 34. ff. b. t. l. 11. C.  
eod. l. 11. tit. 12. p. 5. Imò neque contra  
debitorem principalem, si ipso prohiben-  
te solvit. L. 41. ff. Mand. Si verò solvit  
pro principali debitore, ipso presen-  
te, & mandante, vel sciente, competit  
fidejussori contra debitorem actio manda-  
ti. §. 6. *Inst. b. t. junct. l. 6. §. 2. ff.*  
*Mandat. l. 12. tit. 12. p. 5.* Si solvit, ipso  
debitore absente, & ignorante competit  
fidejussori adversus eum actio negotio-  
rum gestorum. L. 4. ff. de Negot. gest. Si  
pro alio absente, mandato Tertij: v. g. fi-  
dejussor, tenetur mihi mandator, & non  
debitor ad ea, quæ solvi, nisi in debitoris  
utilitatem fidejussio convertatur, quia  
tunc, & quando debitor erat presens, &  
non contradixit, est in mea electione age-  
re contra ipsum, vel contra mandantem.  
L. 13. tit. 12. p. 5. Fidejussor regulariter  
ante solutionem non potest à creditore  
debiti solutionem impetrare. L. 14. tit. 12.  
p. 5. Potest tamen ante solutionem petere  
liberationem, si fidejussor sit condemna-  
tus debitori principali; quia perinde est,  
ac si solvisset, cum adversus fidejussorem  
sit parata executio: vel si debitor ad ino-  
piam vergat, vel si diù, & culpabiliter  
solvere differat. c. fin. b. t. l. 38. §. 1. ff.  
Mandat. l. 14. tit. 12. p. 5. Vel si fidejussor  
ex gravi causa: v. g. studiorum, vel  
negotiationis peregrè sit profecturus, &  
diù non rediturus: vel si pactum cum de-  
bitore fecit fidejussor, ut post certum  
tempus, eum à fidejussione liberet. L. 10.  
§. fin. ff. Mandat. l. 14. tit. 12. p. 5. Vel  
si capitales inimicitia: suboriantur inter fi-

dejussorem, & debitorem; arg. L. 8. §. fin.  
ff. de Procurat. Et quidem hujus culpa, se-  
cùs si culpa fidejussoris, ne in ejus manu  
sit, se ab obligatione liberare.

209 Hæredes fidejussoris tenentur, si-  
cut ipse fidejussor, & eandem exceptio-  
nes habent, ac ipse fidejussor, ac proin-  
dè fidejussio non finitur morte. L. 24. C.  
b. t. l. 16. tit. 12. p. 5. Finitur tamen fi-  
dejussio debitore principali solvente de-  
bitum, nisi evincatur id, quod dedit in  
solutum. Vel si creditor fidejussori obli-  
gationem remittat, vel à creditore lega-  
tur liberatio. L. 49. ff. b. t. Vel si obli-  
gatio antecedens innovetur, & in eam non  
consensit fidejussor. L. 4. c. b. t. Vel si  
fidejussor sit hæres debitoris, vel debitor  
hæres fidejussoris; quia nemo potest apud  
eamdem pro se ipso esse obligatus. L. 21,  
§. 3. ff. b. t. Vel si creditor tempus pro-  
roget debitori. Ideò si quis pro officiali,  
cujus officium per unum annum durat fi-  
dejussit, & anno expleto, officium pro-  
rogatum est inconsulto fidejussore; hic  
tantum tenetur pro periculo prioris anni,  
pro quo fidejussit, non verò pro tempore  
prorogato. L. 27. §. 1. ff. de Pact. Gonz.  
in c. fin. b. t. n. fin. Si quis sub pœna fi-  
dejussit, reum criminis *Judicio sibi* ad cer-  
tum diem, si reum ad illum diem non po-  
tuit invenire, illi conceditur tantum tem-  
poris, quantum continebatur in primo  
termino, si non excedebat sex menses, &  
si secundo termino elapso, reum non sitit  
in judicio, solvet fidejussor pœnam promissam,  
quod si primus terminus sex menses  
excedat, in secundo termino solum sex  
menses conceduntur. L. 26. C. b. t. l. 17. tit.  
12. p. 5. Potest tamen fidejussor primo ter-  
mino elapso, reum defendere in judicio, &  
debet concludere judicium semel cœp-  
tum; & si reus sine culpa inveniatur, ab-  
solvitur fidejussor; alias solvet pœnam pro-  
missam, & interesse. Sed si reus ad aliquid  
dandum, vel faciendum tenebatur, illud  
solvendo, liberatur à pœna fidejussor. L. 26.  
C. b. t. l. 18. tit. 12. p. 5. Si reus in pri-  
mo termino moriatur, non tenetur fidejussor  
ad pœnam promissam, tenetur tamen,  
si post terminum primum moriatur,  
nam jam pœna erat commissa. Si nullam  
pœnam promissit, arbitrio Judicis condem-  
natur. L. 26. C. b. t. l. 19. tit. 12. p. 5.  
Si verò nec dies, nec scriptura intervenit,  
si creditor non petat à fidejussore, quod  
reum exhibeat, usque ad duos menses li-  
beratur à fidejussione, nisi fidejussor in  
negotio ad Regem, vel Communitatem  
pertinente, vel fidejussio est in instrumen-

to publicò confecta, nam tunc usque ad  
tres annos, sed non ultra durat. L. 19. t. 12.  
p. 5. Si ille, qui sub certa pœna promissit,  
aliquem in judicio exhibere, in pœnam inci-  
dat, hæc debet peti intra annum, à die,  
quo in pœnam incidit, sed eo elapso, jam  
non potest amplius ab eo peti. L. 10. tit. 16.  
lib. 5. R. C.

## TIT. XXIII.

## De Solutionibus.

210 *Solutio generaliter sumpta* pro  
quacumque satisfactione de-  
biti sumitur, sive fiat acceptilatione, quæ  
est imaginaria solutio, qua creditor de-  
bitum habet pro accepto. L. 1. ff. de Accep-  
tilat. sive novatione, qua vetus obligatio  
in novam transfunditur, eodem creditore,  
& debitore manente. L. 1. ff. de Novation.  
sive delegatione debiti, qua tollitur prior  
obligatio intervenit novi debitoris; qui  
enim debet in delegationem consentire.  
L. 1. & 6. C. de Novation. sive compensa-  
tione, qua creditor rem, quæ non est de-  
bita, loco solutionis accipit. L. 20. C. b. t.  
sive transactione, sive pacto de non peten-  
do, sive alio modo fiat. L. 54. ff. b. t. l. 47.  
l. 76. ff. de Verbor. significat. l. 2. t. 14. p. 5.  
specialiter tamen accepta solutio est rei de-  
bita loco, & tempore debito creditori facta  
reditio. L. 49. l. 67. ff. b. t. l. 1. tit. 14.  
p. 5. ibi: *Paga tanto quiere decir, como*  
*pagamiento, que es fecho à aquel, que debe*  
*recibir alguna cosa, de manera, que sinque*  
*pagado della, ò de lo qual deben hacer.* Si  
solvens sit Dominus rei, transfert in credi-  
torem illius dominium. L. 10. C. b. t. si se-  
cùs; jus usufructuendi pro soluto. L. 46. ff.  
de Usufr. Debitoreque ipso jure liberatur à  
debito, omneque obligationes reales, perso-  
nales, & accessoriae, ut fidejussiones,  
pignora, & hypothecæ tolluntur. L. 43. ff.  
b. t. l. 1. tit. 14. p. 5. Et sanè cum non pos-  
sit, invito creditore, unum pro alio solvi.  
L. 2. §. 1. ff. de Rebus credit. L. 3. tit. 14.  
p. 5. Idiplum, quod debetur, solvendum  
est, & cum in rem debitam debitor deter-  
minatè habeat jus, non satisficit per aliam,  
eriam æquè bonam; nec quod simul ac-  
ceptum est, debet per partes solvi. L. 41.  
§. 1. ff. de Usufr. & fruct. l. 9. C. b. t. nisi  
ex consensu creditoris, vel alia justa cau-  
sa. L. 41. §. 1. de Usufr. & qui factum pro-  
miserit, non satisficit offerendo interesse,  
nisi quando factum promissum non potest

amplius prestari. L. 13. §. 1. ff. de Re judic.  
l. 3. tit. 4. p. 5. Et cum in solutione non  
attendatur materia monetæ, sed valor.  
L. 1. ff. de Contr. empt. non est necesse so-  
lutionem fieri in auro, v. gr. si in auro ac-  
ceptum est mutuum, sed in quacumque  
specie monetæ currentis fieri potest. L. 9.  
l. 35. ff. de Aur. & arg. leg. nisi aliter ex  
conventione, vel statuto debeat fieri, vel  
si creditor pateretur damnum ex solutio-  
ne facta in diversa moneta. L. 99. ff. b. t.  
Quod si tempore solutionis valor monete  
sit mutatus, debitor satisficit solven-  
do in moneta corrente secundum præsen-  
tem valorem. Si inter contrahentes de  
tempore solutionis sit conventum, eo ad-  
veniente, etiam si creditor non urgeat,  
solvi debet, quia dies interpellat pro no-  
mine. c. fin. de Locat. L. 12. C. de Contrab.  
Rip. l. 8. tit. 14. p. 5. Imò etiam ante-  
quam adveniat, potest debitor solvere, si  
ut frequenter fit, dies in ejus gratiam,  
non verò creditoris adjectus sit. L. 70.  
ff. b. t. Quin etiam ante diem solvat ex erro-  
re, non habet conditionem indebiti. L. 10.  
l. 27. ff. de Condi&c. indebit. nisi ratione  
celeris solutionis aliquid creditor ultra  
forem percepisset. Si incertum sit, an  
ille dies sit extitutus: v. gr. si dicatur  
*Quando Navis ex Hispania venerit*, potest  
condici tamquam indebitum, quod ante  
talem diem est solutum, cum sit promissio  
conditionalis, ac proinde nihil debeatur.  
L. 18. ff. de Cond. indeb. Si verò certum  
est, diem extitutum, licet ignoretur, quan-  
do, v. gr. *solvam quando moriar*, non po-  
test repeti solutum: cum illud absolute  
debitum sit quoad substantiam. L. 18. ff.  
de Cond. indeb. si dies non sit adjectus so-  
lutioni, potest differri ex tacita volunta-  
te creditoris, donec ipse petat. L. 10. C.  
de Pignori. Hinc, si creditor non petat  
debitum ex igoarantia, vel timore, vel  
alia causa, debet debitor statim solvere.  
Molin. de Just. 19. 2. D. 564. si locus solu-  
tionis sit assignatus, ibidem fieri debet so-  
lutio. L. 9. ff. de eo, quod cert. loc. Et si  
alibi petat creditor, plus loco petiti dicitur.  
L. 2. §. 1. ff. eod. nisi debitor num-  
quam ad locum assignatum veniret; nam  
tunc alibi posset eum convenire. L. 1. ff.  
eod. quando debitum ex delicto provenit,  
ubi est creditor, debet solutio fieri, quia  
perfectè indemnitas debet reddi à debito-  
re. Si locus non est assignatus, & contrac-  
tus est merè gratuitus, sufficit solvi, ubi  
res erat promissionis tempore. Si in con-  
tractu debeat reddi eadem res accepta, ut  
in deposito, vel commodato, in loco rei  
accep-



accepta sit solutio, vel redditio; si in contractu aliud, quam quod est acceptum, reddi debet, ut in emptione in loco traditæ mercis est pretium solvendum.

211 Debitor habens suarum rerum administrationem, non solum per se, sed etiam per Procuratorem habentem speciale mandatum, vel generale cum libera, potest suis creditoribus solvere. *L. 87. ff. b. t. Et etiam quicumque extraneus, volente debitore: & tunc contra ipsum debitorem, sic solvens habebit actionem mandati, qua potest repetere, quod pro eo solvit. L. 6. §. 2. ff. Mandat. Etiam ipso debitore ignorante potest alius pro eo solvere: & tunc actione negotiorum gestorum poterit solvens repetere solutum. L. 41. l. 43. ff. de Negot. gest. si verò quis, invito debitore, pro eo solvat, debitor liberatur. L. 3. tit. 14. p. 5. Sed solvens, nullam actionem adversus eum ad solutum recuperandum, habet, quia donandi animo solvisse censetur; arg. *L. fin. C. de Negot. gest. l. 6. §. 2. ff. Mandat.* Non habentes suarum rerum administrationem, ut pupilli, minores, & prodigi non possunt sine Tutoris, vel Curatoris auctoritate solvere, cum solutio sit alienationis species. Nec solutio tenet, dum apud creditorem extat pecunia. Sed si sit consumpta, solutio convalescit, plenamque parit liberationem, ne in minorum damnum retorqueatur, quod in eorum favorem introductum est. *L. 14. §. fin. ff. b. t.* Si debitor, quando contraxit, aliquod Chirographum creditori dedit, quando solvit, potest illud repetere per conditionem sine causa. *L. fin. C. b. t.* Vel agere ad exhibendum. *L. fin. C. Ad exhibend.* Si nullum dedit, vel quod dedit est amissum, potest à creditore petere *Apotham*, in qua creditor debitum solutum esse, fateatur. *Hispanè: Carta de pago, y finiquito.* Qui debet ex pluribus causis, æque principalibus, & solvit, non exprimens, ex quo debito; in duriores causas, per quam magis gravatur, censetur solvisse: quia facere præsumitur, quod sibi utilius est, v. gr. si aliquid debet sub poena, vel sub usuris. *L. 1. l. 3. ff. b. t. l. 10. tit. 14. p. 5.* Illud solvisse censetur. Si verò unum debitum sit principale, aliud accessorium, v. gr. quod debeat centum ex mutuo, & 50. ex usuris, cum arbitrio creditoris sit in quam summam velit solutum imputare, potest namque petere, ut prius usuræ, quam principale ipsi solvantur; tunc enim debitum accessorium creditur solutum, quia hoc utilius est creditori. *L. 5. §. 3. ff. b. t.**

212 Non solum creditori suarum rerum habenti administrationem rectè solvitur, sed etiam Procuratori, qui talis sit in rem suam, vel habeat speciale mandatum, vel generale cum libera. *L. 12. ff. b. t. l. 7. tit. 14. p. 5.* Etiam potest solvi adjecto in contractu solutionis causa. *§. 4. Inst. de Inst. stipul. L. 5. tit. 14. p. 5.* Vel servis, vel filijs familias si peculijs administrationem liberam habeant, vel sint pecunijs exigendis præpositi. *L. 18. ff. b. t.* Quod si negotiorum gestor fiat solutio, & postea Dominus ratum habeat, debitor liberatur. *L. 5. tit. 14. p. 5.* Si debitor sine creditoris mandato creditoris creditori solvat, non ipso jure liberatur; sed opponendo exceptionem doli potest defendi, si creditor immediatus debitum petat. *L. 6. ff. de Dol. mal. except.* Si debitore solvente modo debito, creditor non libet debitum accipere, potest debitor pecuniam consignare Magistratui, & liberatur. *L. 9. C. b. t. l. 8. tit. 14. p. 5.* Si creditor administratione suarum rerum caret, ut pupillus vel minor, Tutori, vel Curatori est solvendum, sed quia adversus solutionem his factam potest pupillus, vel minor restitutionem petere, debitor impetrabit Decretum Judicis interponi, ut sic plenissima liberatio sequatur. *§. fin. Inst. Quib. alienar. licet. L. 4. tit. 14. p. 5.* Successor in Prelatura, vel Beneficio solvere debet debita ab antecessore contracta ex justa causa, pro utilitate, & necessitate Ecclesiæ, imò & pro necessaria, & decenti personæ sustentatione, vel ejus sepultura; cum Ecclesia suum Rectorem alere teneatur, & successor in beneficio se habeat, sicut heres, in quem omnia commoda, & onera realia transeunt. *c. 1. b. t.* Ac proinde ex bonis, & redditibus Ecclesiæ, vel beneficij tunc tenentur debita solvere: non tamen tenentur solvere debita contracta ex inutilibus, vel etiam non necessarijs causis, ne Ecclesia, vel successor alieno facto prægravetur. *c. 76. de Reg. jur. in 6.* Quod si beneficiarius non reliquit bona patrimonialia, undè talia debita solvantur, suæ infelicitati, vel facilitati debet creditor hoc imputare. *Gonz. in c. 1. b. t. n. 5. & 6.*

213 Non potest creditor, etiam si debitum liquidum sit, illud sibi propria auctoritate ex bonis debitoris accipere: quippe nemo sibi jus dicere valet. *L. 13. ff. Quod met. caus.* Si enim debitor propria auctoritate sibi debitum accipiat, illud tenetur restituere, & si aliquod pignus accepit pro debito debet utique pignus resti-

beneficio, sed debent in carcere detineri donec solvant cum effectu. *L. 5. tit. 9. lib. 9. R. C.*

214 Alij autem debitores privilegio competentia gaudent, ita ut neque in carcerari, neque cedere bonis teneantur, sed solum in id, quod facere possunt, id est, non in totum debitum; sed solum conveniuntur, congrua sustentatione retenta. Tales sunt parentes adversus liberos, & ascendentes adversus descendentes, & vicissim. *L. 16. ff. de Re jud. Fratres adversus fratres, & Patronus, & patrona adversus libertum, & maritus in restitutione dotis. L. 17. ff. de Re jud.* Et similiter uxor si à marito ex promissione dotis conveniatur. *L. 20. ff. de Re judic.* Utriusque conjugis socii; sed uxoris sociero, id est, mariti patri, etiam soluto matrimonio, hoc privilegium competit. *L. 15. §. 2. ff. Solut. matr.* Socero tamen mariti, id est, patri uxoris, solum constante matrimonio competit. *L. 22. ff. de Re judic.* Etiam hoc gaudent beneficio socij omnium bonorum. *L. 16. ff. de Re judic.* Mulieres honestæ. *Authent. Hodie. C. de Custod. reorum, milites armata militia. L. 18. ff. de Re judic.* Et Togatæ, ut Doctores, Advocati, & artium Professores; arg. *L. 6. C. de Profes. & Medic. lib. 10.* Donator, si ex donatione conveniatur. *L. 19. §. 1. ff. de Re judic.* Et alij, qui miseratione digni sunt, de quibus *Gonz. in c. 3. b. t. ex n. 8.* Hoc privilegium personale est, ac proinde non transit ad fidejussores personarum eo gaudentium. Illi, quibus hoc privilegium competit ob reverentiam, ut sunt parentes, patroni, & conjuges non possunt huic privilegio renuntiare, ceteri verò ut milites socij, &c. possunt ex *L. 41. ff. de Minor. l. 29. C. de Pañ.* Denique Clerici in causa civili, & actione personali conventi, eo gaudent, dando idoneam cautionem desolvendo, si ad pinguorem fortunam perveniant, quod constat ex per celebri *Text. in C. Oduardus, 3. b. t.* Ne cum dedecore status Clericalis mendicare cogantur; & cum sit privilegium in favorem totius Ordinis Clericalis introductum, non potest, nequidem cum juramento, ab aliquo renuntiari. *c. 12. de Foro competent. l. 38. ff. de Pañ.* Ut Clericus gaudeat hoc privilegio, debet esse talis, ut privilegio fori gaudeat; & quod ob inopiam solvere nequeat, de qua summarie, vel ex communi estimatione constare debet: & quod in talem inopiam, & impotentiam propria culpa non sit redactus. Non gaudet hoc

restituere, nec ipsi super debito responditur, donec pignus restituatur. *L. 14. tit. 14. p. 5.* Si ergo nolit debitor solvere debitum, & quidem totum, creditor cum coram suo Judice convenire debet: hic ergo eum solvere condemnavit, quod si non solvat, Juxta ad executionem procedet, bona in publica subhastatione vendendo, & bonis deficientibus, vel non sufficientibus ad solutionem, debitorem in carcerem detrudet, donec integrè solvat. *Gom. 2. Var. cap. 11. n. 5. Covar. l. 2. Var. cap. 1. n. 2. Mo in. de Just. tr. 2. D. 571.* Aliquando possunt debitores hanc carceris molestantiam effugere, cessionem, scilicet, omnium bonorum faciendo creditoribus, ut pro viribus satisfaciunt, & cavendo, se pro residuo satisfacturos, cum ad meliorem deveniant fortunam. *L. 4. C. Qui bon. ced.* Hoc beneficio cessionis non gaudent, ac proinde incarcerandi sunt, qui tali beneficio, in debitorum favorem introducto. *L. fin. C. Qui bon. ced.* renuntiant; vel cum, vel sine juramento; arg. *L. 29. C. de Pañ.* Vel qui sua bona in fraudem creditorum dissipant. *L. fin. §. fin. ff. Qua in fraud. cred. & ibid. Gothofr.* nulli enim debet suus dolus patrocinari. Nec eo gaudent, qui spe cessionis contraxerunt, vel qui aliqua bona in cessione occultasse convincuntur, frustra enim auxilium Legis implorant, qui in eam committunt. *c. 14. de Usur.* Similiter, qui aliquam poenam pecuniariam ex rapina, furto, vel alio delicto debent, non possunt bonis cedere; sed ne delicta maneat impunita, si non habent in ære, lucent in corpore. *L. fin. ff. de In jus voc. l. 1. §. fin. ff. de Venis.* Pro debito tamen, quod parti debetur, etiam si ex delicto descendat, bene potest fieri cessio. *L. 9. tit. 16. lib. 5. R. C.* In nostra Hispania, qui ob debita privata incarceratur, potest cedere bonis, renuntiat enim carceri, vel Catena, ut dicitur, & per novem dies præconio publico ejus creditores citantur, sua bona venduntur in publica subhastatione, & solvitur creditoribus, & si bona non sufficient, ut ipsis fiat satis, ipse traditur suis creditoribus cum torque ferreo ad collum patenter posito, ut ipsi gradatim juxta debita serviat tempore, quo possit debitum compensare suo opere, & servitio. *L. 4. & seqq. tit. 16. lib. 5. R. C. & ibid. Acc. Hen. in Cur. 2. p. §. 25. Paz in Prax. tom. 1. p. 4. cap. 8.* conductores gabellearum Regis, *Hispanè: Arrendadores de las Rentas Reales.* Nec fidejussores illorum gaudent hoc cessionis



privilegio Clericis, qui debitum pertinaciter negat, si de eo convincatur, vel si tempore contractus, se Clericum esse, negavit; arg. L. 2. C. Si minor, se major. Nisi alter contrahens, illum sciat esse Clericum; nam scienti fraus non fit. L. 34. C. de Transact. vel si suspectus sit de fuga, vel bona dolose occultavit: nam in his casibus ob dolum potest excommunicari, & in carcerem detrudi. Si actione reali Clericus conveniatur, non gaudet hoc beneficio, quod quidem personale est, nec quando est criminaliter condemnatus ad poenam pecuniariam: nam tunc si non habet in re se luit in corpore. Abb. in c. 3. b. t. n. 5.

215 Solum debet solvi, quod verè debitum est, ac propterea, si contingat, quod quis errore solvat, quod non debet, potest illud pro qualitate indebiti repetere. Et quidem indebitum est in multiplici differentia: nam potest esse tale naturaliter, & civiliter, quod scilicet nec Jure Naturali, nec Civili obligatione debetur, & qui taliter indebitum solvit, si sciens fecit, donasse creditur. L. 53. ff. de Reg. Jur. l. 30. tit. 14. p. 5. Et creditor tamquam donationem acceptare debet, alias revocari valet. L. 18. ff. de Reb. credit. Ac proinde nequit solvens repetere conditione indebiti. L. 1. §. 1. ff. de Condit. indebit. Si ex ignorantia, & errore facti solvit, cum error facti nemini nocet, repetere potest. L. 28. tit. 14. p. 5. Imò etiam solvatur per errorem juris, ut contra Perez in C. Ad. b. tit. n. 24. & alios tenent Abb. in c. fin. b. t. n. 15. Gonz. ibid. n. 5. Mol. de Jusf. tr. 2. D. 567. n. 1. Cum etiam juris error non soleat obesse in damno vitando, & suum repetentibus. L. 7. l. 8. ff. de Fur. & fact. ignor. Et cum sine causa apud accipientem sit, æquitas non patitur, ut apud eundem remaneat, ne cum alterius iactura locupletetur. At verò L. 6. l. 10. C. de Fur. & fact. l. 6. C. b. t. in quibus contrarium decidi videtur, loquuntur in casibus specialibus. 2. Potest esse civiliter indebitum, naturaliter tamen debitum: v. gr. si ex pacto nudo aliquid debeatur: nam cum ex eo resultet naturalis obligatio, non nascitur civilis, saltem de Jure Civili. L. 7. §. 4. ff. de Pact. Ac proinde tale debitum, quamvis naturaliter debeatur, erit tamen civiliter indebitum. Qui ergo taliter indebitum solvit errore facti, vel Juris, nequit illud repetere: nam obligatio naturalis est sufficienti ad compensationem faciendam. L. 6. ff. de Compensat. Ergo ad retentionem;

arg. L. 20. ff. eod. & hoc profectò æquitas naturalis dicitur. 3. Potest esse civiliter debitum, indebitum tamen naturaliter, v. g. si quis Chirographo, sibi numeratam esse pecuniam, cum numerata non sit, fateatur, nam biennio elapso civiliter, non verò naturaliter tenetur. Ex tit. Inst. de Litterar. obligation. Is enim, qui taliter indebitum sive errore juris, vel facti solvit, saltem intra biennium illud potest repetere, vel exceptione, non numeratæ pecuniæ agentem repellere. L. 7. C. de Non numerat. pecun.

216 Qui dubitans, an debitum sit, solvit, repetere utique potest. L. fin. C. de Condit. indebit. Vel si debitum sub conditione de futuro, vel in diem incertum ante ejus adventum solvatur. L. 16. ff. de Condit. indebit. l. 32. tit. 14. p. 5. Etiam si non ipse, sed alius ejus nomine solvissit, ut Procuratori, vel Testamentarius. L. 6. ff. de Condit. indebit. l. 1. C. eod. Similiter si quis factum indebitum præter, ejus æstimationem potest condicere. L. 26. §. 12. ff. de Condit. indebit. l. 40. tit. 14. p. 5. Qui alternativè Stichum, aut Pamphilum debet, utrumque solvens per errorem, repetit unum, quem malit, si adhuc extet uterque servus; quod si uterque, vel alter perijt, id tantummodo remanebit in soluto, quod superest. L. 32. ff. de Condit. indebit. l. 39. tit. 14. p. 5. Si indebitum recipiens fateatur, se rem accepisse, neget tamen esse indebitam, et, qui solvit, incumbit probare indebitam esse, quia nemo tam reclusus præsumitur, ut facile suas pecunias jactet, & indebitas effundat. Si verò à principio neget, pecuniam accepisse, & de acceptione convictus, dicat, eam sibi debitam esse, cum jam de mandato convictus sit, ei non creditur, nisi probet pecuniam solutam esse ei debitam. c. fin. b. t. l. 25. ff. de Probat. l. 29. tit. 14. p. 5. Si intendentes repetere indebitum sint pupillus, mulier, miles, & similes, ob suam simplicitatem, & imperitiam in jure, onere probandi liberantur. L. 25. §. 1. ff. de Probat. Non datur indebiti repetitio, si solvens sciat, se non debere, vel si reputationi renunciet, vel si ex causa juris jurandi deliberatè solvat, vel ex causa pietatis in favorem causæ piæ. L. 32. §. 2. ff. de Condit. indebit. l. 25. tit. 14. p. 5. Vel si litis causa sine dolo transactum est. L. 65. §. 1. ff. eod. l. 34. tit. 14. p. 5. Nec repetitur, quando sententia, ob quam est solutum in rem judicatam transijt, licet postea novis instrumentis, vel restibus esse indebitum probe-

betur. L. 35. ff. de Re judic. l. 33. tit. 14. p. 5. Nisi causa sit publica, ut filii, vel Civitatis; nam repertis novis instrumentis, in integrum restituitur. Vel si probetur, illum in cuius favorem lata est sententia, dolum commisisse, vel si ex falsis testibus, vel instrumentis lata est, vel ex juramento ob probationum defectum delato creditori. Qui solvit debitum, à quo per Judicis sententiam erat absolutus, non potest illud repetere, quia licet non possit cogi ad solutionem, tamen cum remansisset naturalis obligatio, impeditur repetitio. L. 33. tit. 14. p. 5. Qui indebitum recepit, illud cum fructibus restituere tenetur. L. 1. C. de Condit. indebit. Quod si bonam fidem habuit recipiens, non tenetur ad casum fortuitum, si forte res perijt, & si rem vendidit, tantum tenetur reddere pretium, quod pro ipsa recepit, si verò, quando rem recepit, vel postea malam fidem habuit, tenetur ad veram æstimationem rei perditæ, aut venditæ. L. 26. §. 2. ff. de Condit. indebit. l. 37. tit. 14. p. 5. Qui indebitum recepit, tenetur restituere fructus, etiam consumpti sint, dummodo factus sit locupletior. Greg. Lop. in l. 37. tit. 14. p. 5. V. Con los frutos.

217 Quando debitor non habet sufficientia bona, ut omnibus creditoribus satisfaciatur, fit creditorum concursus, & profectò ad sex classes omnes creditores possunt reduci. 1. Ergo omnibus alijs præferitur ille, qui habet dominium in re existente apud debitorem. Sic res habita per furtum, debet Domino ipsa in specie restitui, sic qui rem deposuit, commodavit, vel locavit, habet prælationem ob dominium quod habet, in re deposita, commodata, vel locata. Sicque tunc non potest dari concursus, siquidem ceteri creditores nullum jus habent ad illam rem, quæ nullo modo ad debitorem pertinet, contra quem creditores actionem habent, non verò contra Dominos rerum, quæ apud debitorem inveniuntur, quia, dominium est fortius jus omnibus actionibus, & privilegijs; arg. L. 24. §. 2. ff. de Reb. auctor. jud. l. 11. tit. 14. p. 5. Et ut communiter dicitur, res ubique sit, pro suo Domino clamatur. Hac etiam ratione, qui rem alij vendidit, ita, ut noller dominium in emptorem transferre, donec pretium sibi esset solutum, in ipsa re vendita hanc prælationem habet. §. 41. Inst. de Res. divif. l. 46. tit. 28. p. 3. Quod si res Titij: v. g. quæ erat apud debitorem in deposito, vel commodato, vel per furtum, ab ipso debitore vendatur, habet Titius prælatio-

nem in pretio ex sua re procedente. Hevia in Cur. Philip. in 2. p. lib. 2. cap. 12. num. 5. arg. l. 7. tit. 10. p. 3. Quod si res absolute sit consumpta, non aliam prælationem habebit Dominus, quam ceteri simplices creditores. 2. Veniunt privilegiati, etiam si hypothecam non habeant; tales sunt illi quibus aliquid debetur ratione impensarum, quæ sunt factæ infunere debitoris. L. 45. ff. de Religiosis, & sumptib. Vel in ipsius curatione in illo ultimo morbo; & sic prælationem habent Medici, & pharmacopola. Etiam debent folvi, ante alia, salaria debita famulis, & officialibus, & impensæ factæ in conficiendo inventario, & aperiendo testamento. L. 30. tit. 13. p. 5. & ibid. Greg. Lop. Ubi non expicit casum dotis, neque alium; & certè impensæ funeris, necessaria satisfi videtur, ut præferatur cuicumque credito, etiam sub expressâ hypotheca. Hevia in 2. p. Cur. Philip. lib. 2. cap. 12. n. 24. 3. Qui habent hypothecam specialem privilegiatam, & speciali juris prorogativa sunt muniti, tales sunt. 1. Uxor, & ejus descendentes, non verò hæredes extranei, ratione dotis: non solum, quando hæc in re existit: nam tunc mulier censetur dominium conservare, sed etiam, quando dos jam non existit: tunc enim uxor in bonis mariti præferitur creditoribus, etiam tacitam hypothecam habentibus. L. fin. §. 1. C. Qui potior, l. 33. tit. 13. p. 5. Ubi idem est de fructu, & notat ibid. Greg. Lop. Hevia p. 2. Cur. Philip. l. 2. cap. 12. ex n. 29. Si verò ante dotem præcessit hypotheca expressa specialis, vel generalis, hæc doti præferitur, ut deducitur ex L. fin. §. 1. C. Qui potior, l. 33. tit. 13. p. 5. & ibid. Greg. Lop. Si verò dux dotes concurrant duarum uxorum, tunc prima præferitur, quia ejusdem naturæ sunt hæc debita. Si tamen in bonis mariti reperiantur bona secundæ dotis, tunc secunda præferitur, si maritus, cui dos promittitur pro ejus restitutione obliget sua bona, & postea ipsa bona, antequam ei dos tradatur, alij obliget, recepta dotis quantitate, dos præferatur priori hypotheca. L. 33. tit. 13. p. 5. 3. Illi, qui mutuum dederunt, vel crediderunt ad domum, vel navem faciendam, vel reficiendam, dummodo pecunia in effectu ad talem rem decesserit: & quidem saltem de jure Hispano non requiritur, quod dantes hanc pecuniam constituent pignus, vel hypothecam, nam ipso jure constituitur in ipsa re facta, vel refecta. L. 26. tit. 13. p. 5. Imò & si talis domus, vel Navis reficienda, sit alij antecederet oppignorata expressè, tamen



praefertur secundum creditor, qui pecuniam dedit ad eius reparationem, vel ad naveſi instruendam rebus neceſſariis, vel ad ſolvendum victoribus, & officialibus. *L. 6. ff. Qui potiores, l. 28. tit. 13. p. 5.* Similiter, qui pecuniam dedit ad ſolutionem aſportationis mercium, vel conductionis domus, ubi erant reponenda, praefertur, primo creditori, cui tales merces erant expreſſe obligatae. *L. 6. ff. Qui potiores, l. 29. tit. 13. p. 5. Hevia in 2. p. Cur. Philip. l. 2. cap. 12. n. 25.* Ubi addit, quod haec hypotheca praefertur etiam dori, & fiſco, quando eſt anterior, ſecus aliter, ac proinde inter caulam dotis, fiſci, & refectionis attenditur temporis prioritas. Si vero concurrant caula factionis, & refectionis ejuſdem navis, vel domus, reſectio, cui potius debet tribui rei conſervatio praefertur factioni. *Hevia p. 2. Cur. Philip. l. 2. cap. 12. n. 26.* Fiſcus, ſeu Camera, aut Aſarium publicum Principis, vel Reipublicae in ordine ad tributa, & alias publicas praefertiones. *L. 1. C. Si propter public. penſitat. l. 33. tit. 13. p. 5.* Ubi notat *Greg. Lop.* Quod fiſcus, & dos aequiparantur in hypotheca, fiſcus (& idem debet dici de dote) creditori habenti anteriorem hypothecam generalem in bonis debitoris praefertur in bonis adquiſitis a debitore poſt obligationem contractam fiſco. *L. 28. ff. de jur. fiſc. & ibid. Gotbofr. Hev.* in bonis antecedenter adquiſitis praefertur fiſco creditor anterior. *Hevia p. 2. Cur. Philip. l. 2. cap. 12. n. 30.* Idem privilegium fiſci, & dotis, a paritate rationis, extenditur ad Eccleſiam, & cauſam piam, ac proinde Eccleſia habet praefertionem pro decimis in rebus, ex quibus debentur. *Hevia 2. p. Cur. Philip. l. 2. cap. 12. n. 15. & 29.* Si tamen dos, & fiſcus concurrant, prioritas attenditur: quod ſi eodem die facta ſit utriuſque obligatio, & non appareat, quam ſit prior, praefertur caula dotis. *L. 85. ff. de Reg. jur. Hev. 2. p. Cur. Phil. l. 2. cap. 12. n. 81.* Fiſcus etiam habet praefertionem in cauſa pertinente ad Primpilum, id eſt Praefectum annonae Militaris. *L. 3. C. de Primpil. Hev. 2. p. Cur. Philip. l. 2. cap. 12. n. 28.* Etiam habet praefertionem pro gabella, quae dicitur: *Alcavala*, in re, quae venditur, & in his Provinciis Indiarum habet praefertionem in tertia parte pretij officiorum publicorum, quae venduntur, vel renuntiantur. *Hev. 2. p. Cur. Phil. l. 2. cap. 12. n. 15.*

218 In quarto loco veniunt hypothecarij ſimplices, in his praecipue habet locum regula, quod qui prior eſt tempore potior eſt iure. *L. 2. ff. Qui potiores.* Haec

anterioritas hypothecarum non ſolum ex die, ſed etiam ex hora ejuſdem diei computatur, imo ex ordine ſcripturae: nam quae prius invenitur in Protocollo, vel prius nominatur in instrumento, illa praefertionem habet. *Hevia 2. p. Cur. Phil. l. 2. cap. 12. n. 40.* Quod ſi non conſitet, quam hypotheca ſit prius, prorata debiti ſolutio. *L. 16. §. 8. ff. de Pign. ſi hypotheca pro debito conditionali conſtituitur, praefertur poſteriori hypothecae poſtea pure conſtituta, pendente conditione, ſi poſtea conditio exiſtat; nam cum retrotrahatur conditio ad tempus, quo debitum fuit contractum, eſt prior tempore, quam pure conſtituta. Etiam hypotheca conſtituta ſuper debito ex certo die ante adventum diei praefertur debito contracto abſolute. *arg. L. 14. ff. de Pign. Hevia 2. p. Cur. Phil. l. 2. cap. 12. n. 44.* Haec regula locum habet etiamſi concurrat hypotheca conventionalis, vel legalis, vel Praetoria, vel expreſſa, vel tacita, vel generalis, vel ſpecialis, etiamſi anteriori, non interveniſſet traditio, vel poſſeſſio bonorum in hypothecam datorum, & in ſecunda interveniſſet haec poſſeſſio, ſemper praefertur prior. Et etiamſi prior hypotheca, vel debitum conſitet ex instrumento privato, & ſecunda hypotheca ex instrumento publico, ſi instrumentum privatum fuit recognitum, priuſquam instrumentum publicum conſiceretur. *L. 6. C. Qui potiores, & ibid. Gotbofr. l. 27. tit. 13. p. 5. & ibid. Gl. Hev. 2. p. Cur. Philip. l. 2. cap. 12. ex n. 39.* Hypothecarij hanc anterioritatem habentes, non ſolum eam habent reſpectu debiti principalis, ſed etiam reſpectu acceſſionum, ulurarum, & intereſte, etiamſi haec omnia accedant poſt ſecundam hypothecam. *L. 13. l. 18. ff. Qui potior. Hev. 2. p. Cur. Philip. l. 2. cap. 12. n. 48.* Quia acceſſorium naturam ſequitur principalis. *L. 42. de Reg. jur. in 6. §. 1.* Locum ſibi vendicant creditoris Chirographarij privilegij ratione debiti, vel cauſae. Tales ſunt, qui rem apud alium depoſuerunt, commodarunt, vel locarunt, ſi reſ jam non extet. *L. 12. tit. 14. p. 5. & ibid. Greg. Lop. gloſſ. fin. 2.* qui pecuniam mutuarunt ad faciendam naveſi, vel reſciendam. 3. Reſpublica, Civitates, Eccleſiae, Monaſteria, cauſae piae, & Pupilli. Denique in concurſu veniunt creditores chirographarij ſimplices. Et inter hoc, ſi quid de bonis debitoris, poſtquam ſit prioribus ſatiſfactum, reſtet, ſi omnes eodem tempore apud Iudicem petant debitum, dividitur inter hos creditores ſecundum proportionem*

Geo-

Geometricam, ita ut inter ipſos, non attendatur prioritas, nec poſterioritas, ſed prorata rei debita (& non creditorum) pecunia reſtans dividatur. *L. 6. C. de Bonis auctor. Jud. poſſid.* ibi: *Prorata debiti quantitate omnibus creditoribus conſulti poſſet.* *L. 11. tit. 14. p. 5.* Quod ſi ſententia pro aliquo eſt prius lata, vel ipſe prius debitum petijt, ei prius ſolvendum eſt, licet in tempore ſit poſterior. *L. 11. tit. 14. p. 5.* Idem eſt de debito ratione maleficij, vel damni dati in re aliena; nam prius ſolvendum eſt ei, qui prius egijt, & ſententiam obtinuit. *L. 13. tit. 14. p. 5.* Similiter praefertur ille, qui prius debitum a creditore obtinuit, licet ſit poſterior in tempore. *L. 6. ff. de Re judicat. l. 9. tit. 15. p. 5. & ibid. Greg. Lop.* Etiam creditor, qui capit bona debitoris fugientis habet praefertionem reſpectu debitorum ejuſdem naturae, ſecus reſpectu privilegiatorum. *Hevia p. 2. Cur. Philip. l. 2. cap. 12. n. fin.* Nec attenditur, an debitum hoc perſonale conſitet ex instrumento publico, vel privato, vel ex teſtium depoſitione, vel confeſſione debitoris. *Hev. 2. p. Cur. Philip. lib. 2. cap. 12. n. 58.* Donationes Regiae juxta earum anterioritatem ſolvuntur: praefertuntur tamen, quae ſunt factae cauſis pijs, vel in remunerationem allicujus ſervitij. *L. 12. tit. 14. lib. 2. R. C.* Etiamſi poſteriores ſint. Similiter praefertuntur debita procedentia ex contractu oneroſo debitis ex contractu gratuito procedentibus, etiam hypotheca munitis: etiam debita defuncti praefertuntur quibuſcumque legatis, & inter legata praefertuntur facta cauſis pijs. *Hev. 2. p. Cur. Philip. l. 2. cap. 12. ex n. 61.* Quod ſi Fiſcus concurrat pro poena pecuniaria delicti, cum alio privato damnificato a delinquente, vel alio creditore, hi praefertuntur Fiſco, ut poſint repetere debita contracta ante delictum: in debitis tamen poſt delictum contractis praefertur Fiſcus. *Hev. 2. p. Cur. Philip. l. 2. cap. 12. n. 65.* In noſtra Hiſpania instrumenta privata ſcripta in charta ſigillata praefertuntur ceteris instrumentis privatis, & locum obtinent poſt instrumenta publica. *L. fin. tit. 25. lib. 4. R. C.*

## TIT. XXIV.

### De Donationibus.

219 **D**onatio, ſic dicta, quaſi donatio. *L. 35. §. 1. ff. de Mort. cauſ. donat. Et liberalis, nullo*

Tom. I.

*jure cogente, propriorum bonorum alteri facta conſeſſio, ex L. 1. l. 29. ff. de l. l. l. 1. tit. 4. p. 5.* ibi: *Donationes ſunt factae, quae naſcuntur de nobilitate, & bonitate de corazon, quando ea facta ſunt ſine ulla premia.* Diſtinetur a ſtipulatione; nam haec forma ſolemne verborum requirit, ſine qua bene poteſt ſtare donatio. Diſtinetur a promiſſione, quia haec eſt datio fidei libera dans ſolum jus ad rem; donatio vero traditione perfecta dominium tranſfert. A pollicitatione diſtinetur, quia haec eſt nuda promiſſio, abſque acceptatione promiſſarij. *L. 3. ff. de Pollicit. donatio tamen acceptationem requirit. Donatio antequam acceptetur nullam, nequidem naturalem obligationem producit. L. 10. ff. de h. e. quod juxta Sanchez de Matr. lib. 1. D. 6. & alios, etiam de Jure Canonico procedit; & hinc mortuo donatario ante acceptationem nihil tranſfert ad haeredem, imo donationem etiam juratam poteſt donator libere revocare, quin fidem violet, nec jus donatarij laedat, quippe nullum jus donatarius adquiſivit, nec donator ullam obligationem contraxit, & acceptio ſuperveniens revocationi nihil prodeſt. *arg. L. 12. §. 16. ff. Mandat.* Et etiam donatio facta cauſae piae requirit administratoris acceptationem ſaltem, ut obligationem juſtitiae pariari; *arg. L. 10. ff. de h. e.* Si tamen Deo principaliter fiat, ut regulariter accidit, & praesumitur in dubio, habet rationem voti, quod ſtatim acceptatur a Deo, ac proinde ex Religione obligat. De jure tamen Hiſpano donatio etiamſi nondum ſit acceptata a donatario obligat donantem. *L. 2. tit. 16. lib. 5. R. C.* & tenent *Covarr. Palae. & Molin.* quamvis alij hoc negent cum *Sanchez de Matr. lib. 1. D. 6. n. 18. & ſeq.* Donatio poteſt fieri pure, & ſub conditione, & ſub modo, & uſque ad certum diem, & tam abſenti, quam praesenti. Et omnia debent adimpleri juxta donantis voluntatem, & diſpoſitionem. *L. 4. & ſeq. tit. 4. p. 5.* cum donatio non praesumatur. *L. 15. ff. de Probat.* debet donans ſuum animum donandi, & dominium tranſferendi declarare, vel per verba, vel per Epistolam. *L. 6. l. 13. C. de h. e.* vel per aliud ſignum minime dubium. Aliquando tamen praesumitur donatio, ſcilicet, ſi dans, & recipiens ſint conſanguinei, vel amici, vel ſi vendens ſciens juſtum pretium rei, minime pretio vendit. *Menoch. de Arbitr. caſ. 88. n. fin.* Vel ſi creditor debitori chirographum reddat, nam tunc debitum condonare cenſetur. *L. 2. §. 1. ff. de Paſſ. & ſi illius debiti plura ſint**

Vv 2

exen-



524  
exemplaria, nec omnia reddita. Vel si vir illuftris aliquid det in quantitate non magna; *arg. c. 1. h. t.*

220 Donatio est duplex, alia est causa mortis, alia est inter vivos. Donatio inter vivos, est quando aliquis sine ulla mortis cogitatione, vel mentione alteri rem suam irrevocabiliter donat. Causa mortis donatio: ait Justinianus in §. 1. *Inst. de Donat.* Est que propter mortis sit suspensionem, ut si quæ humanitus ei contigisset, haberet is, qui accepit, sin autem supervixisset is, qui donavit, reciperet, vel si cum donationis penitusisset, aut prior descesserit, cui donatum sit. Ha mortis causa donationes ad exemplum legatorum redactæ sunt per omnia: & in summa mortis causa donatio est cum magis se quis velit habere, quam eum, cui donat, magisque eum, cui donat, quam heredem suum. Consonat *L. fin. tit. 4. p. 5.* Nec sufficit, quod donans sit proximus mortis, si non moveatur mortis cogitatione, ut sit donatio causa mortis: imo erit donatio inter vivos: tunc enim, non tam causa mortis, quam moriens donasset censendum est. *L. 42. §. 1. ff. de Mort. causa donat.* Donatio causa mortis potest fieri ab eo, qui habet testamenti factionem, & debet fieri coram quinque testibus, & licet filiusfamilias, ne quidem cum consensu patris, possit facere testamentum, potest tamen cum consensu patris donare causa mortis. *L. 7. §. 4. & 6. ff. b. t. l. fin. tit. 4. p. 5.* Et cum hodie in nostra Hispania filiusfamilias habens astatem legitimam possit testamentum facere. *L. 5. Taur. l. 4. tit. 4. lib. 5. R. C.* Potest causa mortis donare, quod si idonatione mortis mentio fiat, sed adjiciatur clausula, ne unquam revocetur, mors causa donandi magis est, quam mortis causa donatio, & ideo perinde haberi debet atque alia quævis inter vivos donatio. *L. 7. ff. de Mort. caus. donat.* & sic intelligenda. *L. 13. ff. eod.* Quia irrevocabilitas est differentia essentialis donationis inter vivos. Cum nomine donationis proprie talis, donatio inter vivos intelligatur, in dubio potius, quam donatio causa mortis, præsumitur donatio inter vivos; *arg. L. 96. ff. de Leg. 3.* Donatio insuper inter vivos, alia est merè gratuita, seu liberalis, & hæc est propriissime donatio. *L. 1. l. 29. ff. b. t.* Quæ scilicet ob nullam aliam causam, quam ob liberalitatem exercendam sit. Remuneratoria alia, et scilicet, quæ licet nullo jure justitiæ cogente fiat, alias nullo modo esset donatio, sit tamen ex debito gratitudinis, & ob donatarij merita, vel ejus, cujus intuitu

fit: v.g. si intuitu patris meritum, filio doneatur, potius, quam donatio est meritum solumo. Et tunc quando aliquibus personis prohibetur donatio, non comprehenditur remuneratoria, sed tantum liberalis, ut contra *Gonz. in c. 3. b. t. num. 9. Pinel, & alios tenent Sanchez. lib. 6. de Matrim. D. 6. n. 11. Gom. Molin. & alij.* In ipsa tamen donatione, ob merita fieri, est exprimendum, cum benemeritis etiam liberaliter possit donari: præsumitur tamen remuneratoria, si merita præcellerunt. *Menoch. l. 2. de Arbitr. cas. 88. n. 53.* Sed præcellisse probandum est. *Menoch. l. 2. de Arbitr. cas. 134.* Et arbitrio Judicis merita sunt mensuranda. *Sanct. de Matrim. l. 6. D. 6. ex n. 3.* Ut per donationem dominium transferatur, debet res donata esse in donantis bonis, & non extra hominum commercium. Si res aliena doneatur, solum jus utiucipiendi potest transferri. *L. 1. & per tot. ff. pro donato; c. 79. de Reg. jur. in 6.* Quod si evincionem à Domino, tenetur donans ad evincionem, si donatio facta est remunerationis, vel alia ex causa, si ve sciens, si ve ignorans, rem alienam donaverit. *L. 27. l. 34. ff. b. t.* Si vero sit merè liberalis donatio, & donans ignoravit, rem esse alienam, & evictonem non est specialiter promissa, ad nihil tenetur. *L. 18. §. fin. ff. b. t.* Secus, si sciens, rem alienam esse, eam ignoranti, quis donavit: nam ipsi obligatur saltem ad impenias occasione donationis factas.

221 Domini rerum suarum administrationem habentes, si non prohibeantur specialiter, possunt inter vivos donare. Hinc pupilli, minores, prodigi donare nequeunt, quia suarum rerum administratione carent. *L. fin. C. Si major. factus. L. 1. tit. 4. p. 5.* Deinde, de jure prohibentur donare. 1. qui crimen læsæ Majestatis commisit, & qui ut hæreticus est per Ecclesiam judicatus; qui verò aliud crimen, etiam capitale commisit, potest usque ad sententiam donare, non verò post sententiam. *L. 2. tit. 4. p. 5.* 2. Donatio inter virum, & uxorem non valet, cum à jure prohibeatur, ne mutuo amore spolientur. *L. 1. l. 3. ff. de Donat. inter. de quo in lib. 4. tit. 20.* 3. Nec donatio Militis facta focariæ, seu meretrici. *L. 2. C. de Donat. inter.* idem ad Clericos extendit *Rota. Covar. in Reg. Peccatum, p. 2. §. 2. n. 2. 4.* Nec pater filio adhuc constituto sub patria potestate donare valet, quia cum unam personam civilem ambo constituent, sibi ipsi donare videretur. *L. 11. C. b. t. l. 3. tit. 4. p. 5.* Potest tamen

men pater filio donationem remuneratoriã facere, vel ipsi matrimonium contracturo aliquid in dotem dare, vel eunti ad bellum, vel Universtitatem aliquid donare: & talis filius non tenetur has donationes ad partitionem cum suis fratribus trahere. *L. 3. tit. 4. p. 5. & ibid. Greg. Lop. Hodie in nostra Hispania potest pater filio, etiam in patria potestate constituto, per testamentum, vel contractum donare tertiam bonorum partem, & si rem donatam tradat filio, donatio est irrevocabilis; si tamen non tradat, revocabilis est, etiam si fiat filio emancipato. *L. 1. tit. 6. lib. 5. R. C. l. 7. Taur. & notat Greg. Lop. in l. 3. tit. 4. p. 5. V. Non valdria.* Filiusfamilias, etiam sine patris consensu, potest de peculio castrensi, vel quasi castrensi donare inter vivos: cum in eis patrifamilias comparetur. *L. 7. §. 6. ff. b. t. l. 3. §. 8. de Donat. inter.* De profectio tamen potest donare consanguineis pro dote, vel alia justa causa, & ex his bonis potest suo Magistro salarium dare. *L. 7. ff. b. t. l. 3. tit. 4. p. 5.* Minor, juxta sui status conditionem in rebus communibus, donationem facere potest ex tacto Curatoris consensu: aliter donationes factæ, juxta aliquos, etiam naturaliter sunt invalidæ: secus juxta alios, cum bene possint naturaliter obligari, & alias vere earum rerum Domini sint. Administratores rerum alienarum, etiam si generalem administrationem habeant, ut Procuratores, Tutores, & Curatores, sine speciali mandato nequeunt donare, quia potestas donandi, sub mandato generali, non continetur. *L. 7. ff. b. t. Prælo Ecclesiarij, n. si ve Sæculares, si ve Regulares, non possunt sine debitis solemnitatibus, ad alienationem requisitis, res immobiles, & mobiles pretiosas, etiam ob remunerationem donare. c. 52. 12. q. 2. c. 5. de Reb. Eccles. alien.* In magna etenim quantitate ex nullis rebus Ecclesiæ donationes facere possunt. *c. 2. b. t.* quia non Domini, sed Administratores sunt, & licet meliorem Ecclesiæ conditionem facere possint, non tamen deteriorem, quod quidem facerent donando, quia donare, quodammodo perdere est. *L. 7. ff. b. t.* remuneratorias tamen donationes meritis commensuratas ex rebus mobilibus non pretiosis facere valent: imò ex eisdem rebus mobilibus non pretiosis possunt facere donationes merè liberales modicæ cum consensu Capituli; vel sine illo, tibi consuetudo hoc concedit. *c. 3. b. t.* hoc enim ad liberam, & rectam pertinet administrationem. Si Prælati cum Capituli*

consensu liberaliter donet quantitatem immodicam reddituum Ecclesiæ, valida est donatio, quia ipse cum Capitulo Ecclesiæ representat, eique contrahendo, & agendo nocere potest; est tamen alicui ob magnam prodigalitate. Prælati Sæculares, cum dominum habeant reddituum suæ mentæ, de eis etiam in majori aliqua quantitate, etiam sine Capituli consensu, donationes merè liberales facere possunt sed ut licitæ sint, debent fieri in pijs causis. Regulares servare sui Ordinis Regulas, & consuetudinem debent.

222 Donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, non solum ad piã causam, & ex causa onerosa, & necessaria, sed etiam merè liberalis, & ad causam profanam valida est. *L. 15. §. 4. C. b. t. l. 8. C. de Revoc. donat.* Et omnium bonorum donator, numquam condemnatur infolidum, sed semper ipsi relinquuntur bona ad congruam sustentationem. *L. 19. §. 1. ff. de Re judic.* Et de eis poterit testari. Ut valeat donatio excedens, olim ducentos, in judicio, vel extra, donans suam voluntatem donandi declarat, & scriptura fiat. *L. 25. l. 31. C. b. t. l. 9. tit. 4. p. 5. ibi: Fueras ende si lo fiesse con carta, è con sabiduria del mayor Juygador de aquel logar, do fiesse la donacion.* Et ratio est, ne in Republica damnum homines redigantur ad pauperietatem; & ut alijs fraudibus obvietur. Et cum talis insinuatio det formam contractui, non potest à partibus renuntiari, nisi accedente juramento confirmetur renuntiatio: tunc enim in utroque foro convalescit donatio, quoad excessum, cum tale juramentum sine peccato, & sine tertij præjudicio servari valeat. *c. 28. de Jur. jur. & aliunde insinuatio non sit primario ob favorem publicum inducta. Clar. §. Donatio, q. 18. n. 2. & alij.* Donatio quingentos solidos excedens, quoad quingentos solidos firma est. *L. 34. C. b. t.* Et quoad excessum probabiliter valet in foro conscientie. *Molin. de Just. tr. 2. D. 278. n. fin. Lug. & alij.* In foro tamen externo potest retineri excessus, quia per donationem dominium fuit translatum in donatarium, licet revocabiliter donec à donatore, vel ejus heredibus repetatur. Et quidem hunc repetere valent tuta conscientia, etiam nulla fraus in donatione intervenisset. Hac tamen insinuatio non indiget ad valore m. t. donationes, quæ licet simul sumptæ



ta hanc summam excedat, singula tamen non attingunt quingentos solidos; licet eidem donatario fiant. *L. 34. §. 3. C. b. t.* nisi unam moraliter donationem faciant, quia in fraudem Legis facta, invalidantur. 2. donatio à Principe privato, vel à privato Principi facta, etiam sine insinuatione valet. *L. 34. C. b. t. l. 9. tit. 4. p. 5.* vel facta Militibus à Magistris Militiae. *L. 36. §. 1. C. b. t.* nec indiget insinuatione donatio facta pro redimendis captivis, vel reparatione aedium. *L. 36. C. b. t.* Et hinc nec donatio ad causas pias; *arg. c. 11. de Testament. Less. de Just. lib. 2. cap. 18. n. 102. & alij.* Nec in his causis Leges Civiles insinuationem requirentes ullam vim habent, quia non sunt Jure Canonico approbatae. Imò in nostra Hispania expresse à necessitate insinuationis excipiuntur donationes factae Ecclesiae. *L. 9. tit. 4. p. 5. & ibid. notat. Greg. Lop.* nec remuneratores donationes, nec causa mortis. *L. fin. C. de Donat. caus. mort.* vel quae ob aliam causam fiunt: v. gr. dotis, vel studiorum, insinuatione indigent. *L. 19. §. 1. & 5. ff. b. t. Molin. de Just. tr. 2. D. 279. Clar. V. Donatio, q. 3.*

223 Donatio inter vivos semel perfecta, etiam si verbis tantum constet, & nec dum res tradita sit, irrevocabilis est. *L. 2. l. fin. C. de Revocand. donation.* quia cum per eam sit jus donatario jam acquisitum non potest à privato: imò neque à Principe, nisi ob publicam utilitatem, tolli. Aliquando tamen potest revocari, & revocatur. Et quidem 1. revocatur donatio inofficiosa: talis est illa, quae contra officium pietatis, filiorum legitime praedicitur: quatenus donator in tanta quantitate donat, ut legitima filiorum auferatur, vel minuatur per donationem. *L. 2. l. 7. l. 8. C. de Inoffic. donation.* tunc enim filij in portione legitima, & Legibus taxata gravati post mortem patris, vel matris (& non antea, cum solum tunc legitima debeatur) apud Judicem querelam intentare possunt, ut illa donatio rescindatur; non quidem tota, vel in totum, ne poena sit major delicto: sed solum in quantum ipsorum legitima detrahit. *L. 7. C. de Inoffic. donat.* nec tota revocatur, etiam si facta sit talis donatio animo liberos sua legitima fraudandi: quod in nostra Hispania clarè decium est in *L. 8. tit. 4. p. 5.* ibi: *E si el padre ficriere mayor donacion, puedenla revocar los hijos fasta en la quantia de su parte legitima.* Et notat *ibid. Greg. Lop.* quidquid alij disputent. Similiter parentes, alijque ascendentes in sua legitima

gravati, possunt adversus liberos; possunt ipsorum mortem, & non ante, agere ad rescissionem donationis, quatenus eorum legitima minuit. *L. 4. C. de Inoffic. donat.* sicut & ipsi quaelibet inofficiosi testamenti competit. Non tamen est locus revocationi casu, quo liberi, vel parentes repudiandis legatum, vel hereditatem, etiam delatam, sed nondum aditam; quia per talem repudiationem non proprie alienatur jus adquisitum, ut erat necessarium ad verificandam donationem, quae ut in materia odiosa non extenditur ad hunc casum, in quo tantum verificatur jus nondum adquisitum remitti.

224 2. Revocatur donatio ob donatarii ingratitude. *L. fin. C. de Revoc. donat. l. 10. tit. 4. p. 5.* non quidem ipso jure, sed per Judicis sententiam: interim tamen potest donatarius, cum verè Dominus sit, res donatas retinere. *L. fin. C. de Revoc. donat.* percipitque fructus, ante contestationem litis perceptos, sed lata sententia, etiam in foro conscientiae rem restituere tenetur. Non tamen revocatur donatio. 1. si causa pie facta sit: quippe quae principaliter Deo fit, ac proinde nequaquam potest ingratitude vincari. Quod si fructus rei donatae Praelato adquirantur, & hic ingratus sit, ipse eis ad suam vitam privatorum non revocatur donatio remuneratoria. *L. 27. ff. b. t.* nec donatio ob causam dotis. *L. 24. C. de jure dotium,* nec propter nuptias facta. Siquidem haec non proprie sunt donationes, cum non ex mera procedant liberalitate donantis. Casus ingratitude in ordine ad revocandam donationem asseruntur à Justin. in *L. fin. C. de Revoc. donat.* & à Greg. IX. in *c. fin. b. t.* ibi: *Propter ejus ingratitude, in quem liberalitas est collata, donatoris persona de rigore juris eam potuit revocare: si forte in ipsum impias manus injecerit, aut sibi atroces injurias, sive grave rerum suarum damnum, vel vitæ periculum inferre praesumpserit. Quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successoris.* *L. 10. t. 4. p. 5.* Si tamen donator ingratitude donatarii ignoravit, vel etiam si eam scivit, sed non potuit donationem revocare, cum vellet, quia v. gr. morte praeventus fuit, tunc potest eam donatoris haeres revocare. *Greg. Lop. in l. 10. tit. 4. p. 5. V. Sus herederos.* Multoque magis potest contra donatarium, ut indignum agere, si donatori mortuo gravem irroget injuriam. Contra haeres tamen donatarii ingrati non transit haec actio, cum poena delictorum solum afficiant suos auctores. *c. 2. de His, quo*

quae à maior. parte. l. 22. C. de Poenis: Etiam donatio revocatur, si conventiones donationi impositas in scriptis, vel sine scriptis, & quas donatarius ipopondit, nolit implere. *L. fin. C. de Revoc. donat.* & ibidem postea additur: *Ex his enim tantummodo causis donationes factas everti conedimus.* Unde hujusmodi Lex; cum sit odiosa, non debet extendi ad casus; nec causas, etiam majores expressis; *arg. c. 15. de Reg. jur. in 6.* licet donator post ingratitude commissam possit revocationem omittere, cum cuilibet liberum sit suo juri cedere, non tamen potest juri donationem revocandi propter ingratitude, etiam cum juramento renuntiare: hoc etenim contra bonos mores esset, cum animum delinquendi praebet, & ad ingratitude provocaret: ac proinde tale juramentum non obligat. *c. 58. de Reg. jur. in 6.* quamquam alij aliter.

225 3. Revocatur, & quidem ipso jure, donatio, etiam jurata omnium, vel notabilis partis bonorum, si donatori (qui cumque sit; etiam si non sit patronus) qui tempore donationis factae non habebat liberos, postea inopinato liberi nascantur. Imò etiam unus tantum nascatur, revocatur donatio, dum talis filius legitimus sit. Adoptivi autem, nec naturales, nisi legitimentur per subsequens matrimonium; vel Principis rescriptum, donationi non nocent. *L. 8. C. de Revoc. donat. l. 8. tit. 4. p. 5. Molin. de Just. tr. 2. D. 273. Lugo de Just. D. 23. sect. 11. n. 189.* ratio hujusmodi revocationis est, quia in tali donatione subintelligitur conditio, si liberi non nascantur. Hinc liberis natis, ipso jure revocatur donatio. *Gothofred. in l. 8. C. de Revoc. donat. l. 8. tit. 4. p. 5. & ibid. Greg. Lop. V. Es revocada.* Et donator etiam ante Judicis sententiam, rem donatam repetere potest: interim tamen donatarius eum Dominus sit, non tenetur, nec in foro conscientiae ad restitutionem rei donatae, donec repetatur. Quod si liberi jam perfecta donatione nati ante patrem moriantur; adhuc revocatur donatio, quia semel donatione extincta per liberorum natiuitatem, amplius non reviviscit, etiam illo tempore morte; *arg. L. 98. §. 8. ff. de Solution.* Aliquando tamen subsistit, nec revocatur, etiam liberis supervenientibus. 1. si donatio facta filio etiam emancipato: tunc enim non in totum revocatur donatio, sed solum quatenus nocet filiorum legitima. *Molin. de Just. tr. 2. D. 273. n. 1. 2.* si quis juramento renuntiavit juri revocandi donationem, natis liberis solum quoad

eorum legitimam revocatur. *Molin. de Just. tr. 2. D. 273. n. 6. 3.* si habens filios, etiam unicum donationem faciat, postea alijs natis, solum quoad eorum legitimam revocatur. *L. 5. C. de Inoffic. donat.* 4. donatio Ecclesiae, vel alteri causa pie facta, cum haec infans filij consideretur, & causa favorabilis sit. *Auth. Si qua mulier, C. de Sacrosanct. Eccles.* solum revocatur quoad legitimam filiorum, qui post talem nascuntur donationem. *Lugo de Just. D. 23. n. 194.* quoad caetera verò firma habetur; etiam in foro conscientiae. Aliquando tamen erit expediens, ut totum ab Ecclesia restitatur filijs de novo natis, ut sic ab omni avaritiae suspitione purgetur: adhibitis tamen solemnitatibus juris ad alienationem requisitis; juxta text. sic intelligendum in *c. fin. 17. q. 4. Lugo de Just. l. 23. n. 147.* nec item revocatur per filiorum natiuitatem donatio ob remunerationem meritorum facta; tunc enim sat erit filijs legitimis non nocere; *arg. L. 34. §. 1. ff. b. t.*

226 Huc possunt reduci per modum appendix contractus sponsonis, & ludi, de quibus saltem obiter hic agendum decrevi, cum propria Sede in nostro Jure Canonico careant. Sponso igitur, quam Hispanè dicimus: *Apuesta*, est contractus, quo in re dubia unus pro una parte, & alius pro alia de veritate, seu eventu alienius rei certantes, aliquid spondent, sive pecuniam, sive quid aliud, ut ita ejus sit, qui eventum, seu veritatem rei attigerit. Ut autem licite fiat requiritur, 1. quod uterque in eodem sensu accipiat id, de quo certatur; alias cum ambo possint convenire, non erit concertatio, vel oppositio inter negationem ubius, & assertionem alterius. 2. requiritur quod detur aequalitas in re; quae spondetur, nisi alter huic conditioni voluntarie cedat. 3. & praecipue requiritur, quod sponto fiat super re dubia, seu quod eventus respectu utriusque dubius sit: quod si aliter de eventu certus; & securus esset, vel per scientiam, vel experientiam certam, vel etiam per Divinam revelationem, vel per notitiam à Diabolo, vel aliunde habitam, restituere tenetur, quod si fuerit lucratus, quamvis aliqui probabile judicent, adhuc eo casu, non teneri ad restitutionem. Et sanè nec peccat, & vult restituere tenetur, qui protestatur, se esse certum de eventu, vel veritate, & hoc non obstante contractum contendit, & vult spondere: quia in hoc casu nulla fraus adest ex parte illius, qui certus est, sed totum debet tribui, &



& imputari temeritati, & pertinaciæ contrarij: cui profectò nulla fit injuria, cum sciens, & consentiens sit: & potius donate, quam in futurum contingentem eventum spondere censetur. c. 27. de Reg. jur. in 6. l. 53. ff. cod. ibi: *Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consultò dati donatio est.* De hoc contractu latius agunt Machad. in Sum. lib. 3. p. 5. tr. 7. Dian. in Sum. V. Sponsio, Locr. lib. 3. part. 2. ex n. 1065.

227 Proximus sponsioni ludus est, qui sic communiter dicitur: *Ludus est contrarius, quo ludentes inter se paciscuntur, ut victori cedat, quod uterque deposuit.* Ludo equidem licite utimur ad animi recreationem, & quietem: nam animus hominis frangeretur, si nunquam à laboris relaxaretur intentione. Ita tamen eo est utendum, sicut somno, & alijs recreationibus utimur: tunc scilicet, quando gravibus, ferijisque rebus, propriisque muneribus, & officijs satisfecerimus. Si enim debite, & moderate fumatur, ad virtutem Eutrapeliæ (quam jucunditatem dicere possumus) spectat: ac proinde non defectum in hac materia peccari potest. Magis tamen, attenda hominum naturali ad otium, & quietem propensione, in excessu, quam in defectu peccatur. D. Thom. 2. 2. q. 168. art. 2. 3. & 4. Ludus quidem triplex est: 1. alius mere ingeniosus, alius mere fortuitus, alius mixtus. In ludo ingenioso non fortuna, sed ingenium duntaxat locum habet, ut in ludo pilæ, scachorum, &c. mere fortuitum dicimus, in quo fortuna tantum, & casus locum sibi vendicant; ut in ludo taxillorum, Hispanè: *Dados*, & in pluribus ludis chartarum. In mixto denique locum habent ingenium pariter, & fortuna; ut in varijs chartarum ludis contingit. Ludus in quo ingenium, vel vires exercetur, certe licitus est. L. 2. §. 1. ff. de Aleator. ibi: *Senatusconsultum vetuit in pecuniam ludere, præterquam si quis certet hasta, vel pilo jaciendo, vel currendo, saliendo, luctando, pugnando: quod virtutis causa fiat.* Ludus fortuitus Jure Naturæ neutiquam prohibetur: nec sit quidem graviter malus ex sola circumstantia animi principaliter intenti ad lucrandum aliquid, etiam in magna quantitate ab eo tamen, qui potest donare: neque etiam ex nimio, & ardenti ludendi appetitu, nisi aliquod præceptum graviter obligans violetur: vel si ludens exponatur periculo amittendi bona, sine quibus non potest uxorem, filios, & familiam sustentare. Ludus mere for-

uitus, & aliquando etiam mixtus Jure Positivo prohibentur. c. 15. de Vit. & honest. Cleric. l. 1. ff. de Aleatorib. arg. l. 6. tit. 14. p. 7. l. 2. & seqq. tit. 7. lib. 8. R. C. In Indijs ludus chartarum Senatoribus prohibetur, permittitur autem militibus in locis, in quibus est custodia militaris, Hispanè: *Cuerpo de Guardia*, & quidem ludus taxillorum omnino prohibitus est, ludus autem chartarum ex se est permissus, ubi specialiter non prohibetur, sed etiam in ludis permissis magna summa exponi prohibetur. In Indijs solum potest exponi quolibet die quantitas decem argenteorum. L. 1. & per tot. tit. 2. lib. 7. R. Ind. ejusmodi tamen Leges non obligant in conscientia, siquidem contraria consuetudine, scientia, & patientia Legislatorum abrogata censentur. Machad. in Sum. lib. 3. p. 5. tr. 7. Ludere autem in Ecclesia ludos, qui in ea non sunt specialiter prohibiti, non est peccatum mortale; imò si fiat causa honestæ recreationis ab illis, qui ad Ecclesiam confugerunt, poterit etiam à veniali excusari. Lacroix lib. 3. p. 2. n. 1094. Cajet. Navar. & alij. Ut ergo ludus licitus sit requiritur. 1. quod ludens non utatur dolo, & fraude. 2. quod sit æqualis conditio colludentium. 3. quod ludens possit dispendere de re, quam exponit ludo. Hinc, qui fecit contra ludi conditiones, & vicit, tenetur sic lucratum restituere: v. gr. si fingens se plane ignarum, provocavit adversarium ad ludendum, qui cum certè esset imperitor neutiquam luderet, si adversarij nosset peritiam; non tamen teneretur restituere, si astutus in ludo consuetus aliquis uteretur: v. gr. si ex usu ludi chartas cognosceret: secus est, si antea eas signasset, vel etiam nosset, ignorante adversario. Deinde, potest inferiores chartas habens dissimulare, augereque sponsonem: ut alter metu concussus relinquit, quod appositum erat: sic etiam potest potiores chartas habens, & de victoria securus, sponsonem augere, vel metum simulare, ut adversarius sponsonem augeat. Item potest jurari notitiam, quam hausit ex inspectione chartarum adversarij, habita quidem ex sola ipsius negligentia: secus est, si fraude notitiam adquisivit, ita se collocando, ut eas possit videre, vel alium constituendo à quo notitiam, vel alijs signis admoneatur.

228 Solum ludere valent, qui suorum bonorum administrationem habeant, quales sunt patresfamilias, & etiam filij, respectu bonorum castrensiurn, & quasi castren-

trensium: non tamen potest filiusfamilias bona adventitia, vel profectitia ludo exponere. Uxor de bonis paraphernalibus liberè disponere valet, ac proinde, & ludo exponere: generaliter tamen uxor, & filiusfamilias ultra prædicta bona, aliquid, sed tantum moderate ludo exponere possunt ad licitam recreationem: Sic enim à parentibus, & maritis permissum præsumitur. Servus solum potest ludo exponere pecuniam, quam Dominus ei ad liberam dispositionem permittat. Religiosus potest etiam aliquid, moderatum tamen, ludo exponere, siquidem de Superioris licentia aliquid moderatum donare valet. Regulariter tamen Religiosi pro palmo, vel oratione Dominica recitanda ludere solent: quod quidem nec peccatum, nec irreverentia est: quin etiam aliqui damnent ludere sub pacto, quod si quis vincatur legat Missam pro victore, & si vincat lucretur pecuniam, nihilominus licitum hoc esse tenent Rodrig. Dian. & alij. nam tunc non datur res spiritualis pro temporali, sed offertur executio rei spiritualis loco rei temporalis, alioquin tradenda: quæ commutatio non debet, ut illicita damnari. Locr. lib. 3. p. 2. n. 1096. Clericus de suis bonis ludere potest, sicut Laicus, & solum ratione excessus, scandali, vel distractionis peccare potest. Qui ergo ludens cum eo, qui alienare non potest, vicit, restituere tenetur id, quod lucratus est ultra permissum ipsi colludenti alienare: talem namque excessum invito Domino accipit: Deinde, ut æqualitas servetur, etiam ille, qui alienare non potest tenetur restituere, si vincat, illum excessum, quem ipse alienare non poterat, nisi forte collutor sciret, illum non posse alienare: nam tunc nihil est restituendum: quia collutor suo juri renuntiare censetur: nec scienti, & consentienti aliqua irrogatur injuria. Qui ludo, Lege positiva prohibito, perdit, non tenetur in conscientia solvere, nisi solvere jura-verit. Si verò vicerit non tenetur restituere ante Judicis sententiam. Machad. in Sum. lib. 3. p. 5. tr. 7. Aliquando in nostra Hispania victus, etiam in ludo non prohibito, non tenetur solvere victori, quod lucratus est. L. 8. tit. 7. lib. 8. R. C. Ibi enim statuitur, quod qui perdidit in ludo pecunia credita non tenetur solvere, quin etiam contractus ibidem irritatur, nullamque vim obligandi habere dicitur. Sic enim dicit prædicta Lex: *Mandamos, que de aqui adelante ninguna persona, de qualquier estado, ò calidad que sea, pueda*

*jugar, ni juegue à credito, ni fiado, aunque sea juego de pelota, ni otro de los tolerados, y permitidos en estos Reynos; y si jugaren los dichos juegos à credito, ò fiado, mandamos à las nuestras Justicias, que no condenen, ni executen en las tales personas, ni en sus bienes, ni de sus fiadores, lo que assi debierent de los dichos juegos à credito, ò fiado: y por la presente damos por ningunas qualquier obligaciones, escrituras, ò promissas, que las tales personas cerca de ello hicieren. Quod si victus liberè, & voluntariè solvat, sciens, se ad id non teneri: qui victor extitit potest utique sic solum retinere, donec ab eo, qui solvit repetatur. Et ita viri doctissimi hanc Legem intelligunt, & alia consuetudine, & praxi recepta est. Salmant. censi. tr. 14. cap. 4. n. 67. & quamvis ludere cum excessu, nisi aliquod violetur præceptum, & esculetur à peccato; at verò publicas domus habere; ubi indistinctè omne genus personarum admittatur ad ludendum: quas Hispanè dicimus: *Coynerias*; vix à peccato gravi poterit excusari ob plurima inconvenientia, quæ ex earum usu solent oriri, & pullulare, & ab antiquo jam ludorum damna in his versibus ponderantur apud Aceved. in Rubric. tit. 7. lib. 8. R. C. n. 7. *Hæc dum taxillis ludendo crimina fiunt. Ecclesia spretus, iustitiaeque rixa, rapina: scandala, tum iuge, blasphemia, tum faciendi furti doctrina, violentia, copia falsi, & mortis causa, deceptio, perditioque temporis, & desolentium corruptio ingens istis prædictis adulatio utique turpis.* Hisque rationibus prohibentur hujusmodi domus in L. 2. tit. 2. lib. 7. R. Ind. & quamvis postea in conventionè inita cum Rege super expensione chartarum, Hispanè: *Asiento*, y *Esfanco de Naypes*. videantur tales domus permissæ, his tamen inconvenientibus occurritur in Conditione 26. ibi: *Quedando; como quedan corrientes los juegos de Naypes permitidos, no lo ha de ser en manera alguna el que aya casas de juego; donde se juten à jugar, y conversar bombres, y mugeres juntos: ni donde jueguen hijos de familia, esclavos, y sirvientes, negros, y mulatos, ni otra especie de gente de igual calidad, so pena de lo el que lo permittiere, ò tuviere casa para lo referido; será castigado à mi arbitrio.* Nec enim posset Princeps permittere tales domus, si non præcaveret inconvenientia, quæ ex ipsis communiter sequuntur. Sed de his latius: Diana in Sum. V. Ludus. Acevedo in tit. 7. lib. 8. R. C. Machad. in Sum. lib. 3. p. 5. tr. 7. Locr. lib. 3. p. 2. ex n. 1067. & alij.*